

auctoritas a testimonio litterarum. Cum itaque ea solum, que divinis indulgemus cultibus, post huius vite decursum nobis suffragari debeant, necesse est, ut, si quid boni quandoque fecimus, summo studio caveamus, ne malorum in posterum possit ingenio retractari. Sciant ergo presentes et noscant posteri, quod mediante pia sollicitudine domini Marquardi
 5 dilecti nostri parochiani in Githen ad refocillationem pauperum et pietatis incrementum inibi in fundo proprietatis nostre hospitale inchoavimus, cui ipsum, in quo situm est fundum et sex pheuda, que len in vulgari vocantur, contenta scilicet in Veteri Villa et contenta in Wickershagen cum omni utilitate, que nunc inest vel unquam inesse poterit, dominio nostro renunciantes totaliter assignavimus. Insuper quoddam virgultum inter Githen et
 10 Frankenhagen situm et decimam piscium, qui in piscinis dictam civitatem munientibus capiuntur, ad recreationem debiliū et decimam molendini piscine ingentis effluxibus adiacentis pro nostro nostrorumque salutis remedio perpetualiter adiecimus, nullum inde penitus temporale expectantes emolumentum, sed tantum divinam retributionem. Ne ergo quisquam in posterum huic facto nostro possit contradicere vel ipsum temere
 15 immutare, presentem paginam, que huius facti certum maneat indicium, fecimus conscribi et testibus, qui presentes aderant, subternotatis sigilli nostri impressione iussimus communiri. Nomina testium hec sunt: Gerardus burggravius de Licenic. Iohannes burggravius de Lubin. Henricus burggravius de Rochlitz. Otto frater suus. Henricus de Chorun. Gunterus de Rockesbergk. Albertus dapifer de Groez. Gunzelinus et Theodoricus de Groez. Vlricus dapifer. Vlricus, Wolferamus, Albertus Stoltz, Iohannes pincerna, castrenses de Rochlitz. Sacerdotes testes: Marquardus parochianus in Githen. Conradus de Rochlitz. Iordanus de Mideweide. Siboto de Rockesbergk et alii quam plures. Ego Iohannes capellanus et scriptor marchionis recognovi. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M. CC. IX., indictione XIII., in Rochelitz.

25

142.

Erzbischof Albrecht von Magdeburg genehmigt die Ueberweisung des Klosters Brehna an die Abtei Quedlinburg durch den Grafen Friedrich von Brehna, zu welcher auch Konrad, Markgraf der Ostmark und Dietrich, Markgraf von Meißen als die nächsten Erben des Grafen ihre Genehmigung ertheilt haben.
 Neuwerk bei Halle, 1209.

30 *Hdschr.: Or. Perg. Staatsarchiv Magdeburg. Die Urk. war anscheinend nicht besiegelt.
 Gedr.: Erath, Cod. dipl. Quell. 128 (nach dem Orig.).*

:In nomine sancte et individue trinitatis. Albertus dei gratia sancte Magedeburgensis ecclesie archiepiscopus.: Cum universis, que ad honorem dei et ecclesiarum ipsius quietem et commodum statuuntur, officium teneamur impendere presidii pastoralis,
 35 illorum promotioni, que ad honorem sacrosancte Romane ecclesie matris nostre, que omnium ecclesiarum caput est et magistra, pertinere videntur, potioribus studiis intendere nos oportet ex debito speciali, quo nos cum aliis archiepiscopis confratribus nostris apostolice sedi sumus specialius obligati. Ideoque cum Quidelingeburgensis ecclesia ad Romanam ecclesiam nullo pertineat mediante, quemadmodum in privilegiis Romanorum pontificum indultis eidem